Sitibundo, Guilelmo. Antiphonae ad Magnificat festorum omnium per annum . . . cum quinque vocibus. Venezia, Giovanni Barilletti. 1574. RISM S3550.

Title:

ANTIPHONAE AD MAGNIFICAT
FESTORVM OMNIVM PER ANNVM
OCCVRRENTIVM SECVNDVM TONOS
AB ECCLESIA ROMANA OBSERVATOS.
AVTHORE GVILELMO SITIBVNDO ANCON.
LIBER PRIMVS.
CVM QVINQVE [Printer's mark] *VOCIBVS.*
VENETIIS, *Apud Ioannem Barillettum. M DLXXIIII.*

Dedication:

ILLVST. AC REVERENDISS. D. VINCENTIO LVCCO, VRBIS ANCONÆ | EPISCOPO PRÆSTANTISS. GVILELMVS SITIBVNDVS ANC. S.P.D. | [orn.] |

VENERATIONIS, *beneuolentiæq; meæ erga dignitatem tuam (Antiŝtes optime) quod primum valui te-|ŝtimonium, exiles haſce lucubrationes nomini tuo dedicare non ſum veritus. Non enim te latere exiŝtimo, | humaniß. Præſul æquè regium, & magnificum eſſe magna largiri, quàm parua hilari fronte ſuſcipere, pro-|ut, & ſaluator noŝter nos docuit. In paupere enim vidua, quæ duo tantum minuta in templum coniecerat, | magis propoſitum, quàm rei quantitatem æŝtimauit. Accipe igitur Præſul ampliß. hos SITIBVNDI tui | labores reuerenter oblatos, patereque eos quales, quales, ſint tibi dicatos iri, vt tuo auſpicio, pa-|trocinioquè freti in vulgus fęlicius exeant. Bene vale. Anconæ, Anno à partu virgineo, die xvij. Iulij. | M D LXXIIII. |*

Poem:

Serpentem roŝtro, ſaxum pede ſuŝtinet Ales,
Quæ genere, & forma virgo ſuperba fuit,
Ales quid? Pietas; ſerpens? Prudentia; ſaxum
Libratum? eŝt virtus; quæ graue ferre docet.
Qui Reges vicere alios, hæc piĉta tulere
Simbola; ſed vincens reĉtius ipſa gerit.
Illi alios etenim, non ſe vicere, ſed vnus
Vincens eŝt, qui ſe vicerit, atquè alios.
FINIS.

Index:

INDEX ANTIPHONARVM.

[column 1]

Amauit cum dominus.	Confeſſ. pont.	44
Angeli Archangeli.	Omnium ſanĉtorum.	7
Auguſtine lux doĉtorum.	S. Auguſtini.	4
Benediĉta ſit	Ad inuocationem ſpiritus ſanĉti.	1
Beatus Laurentius.	S. Laurentii.	2
Crucem ſanĉtam.	Inuent. S. Crucis.	25
Cum perueniſſet.	S. Andreæ.	10
Cum ortus fuerit Sol.	Natiuitatis Domini.	13
Cum beata Monica.	S. Monicæ.	16
Da pacem Domine	Suffragio ſanĉtorum.	49
Deſcendis ſpiritus.	In feſto ſpiritus ſanĉti.	30
Dum eſſet ſummus.	Pro ſolis ſum. Pontific.	21
Eŝtote fortes.	In Natali apoſtolorum.	41
Et reſpicientes.	Dominicæ Reſurreĉtionis.	30
Exiit ſermo.	S. Ioannis apoſtoli.	16
Gabriel angelus.	Annunciationis B. Mariæ.	24
Gaudent in cœlis.	Plurimorum marty.	43
Hæc dies quam fecit.	Tempore Paſchali.	31
Hi ſunt qui cum.	S. Innocentum.	16
Hic vir deſpicientes.	Confeſſ. non pontif.	45
Hodie beatiſſ. Quiriacus.	S. Ciriaci.	2
Hodie Maria virgo.	Aſſump. B. Mariæ.	3
Hodie Chriŝtus natus eŝt.	Natiuita. Domini.	14
Hodie beata virgo.	Purific. B. Mariæ.	22
Hodie Simon Petrus.	Apoſtolorum Petri & Pauli.	28
Hodie completi ſunt.	In feſto Pentecoſtes.	35
Innocens pro Chriſto.	S. Innocentum.	17
In ſeruentis olei.	S. Io. ante portam latinam.	26
Iſte eſt Ioannes.	S. Ioannis apoſtoli.	15
Iſte ſanĉtus.	Vnium martyris.	41
Iſtorum eſt enim.	Plurimorum marty.	42
Lux perpetua.	Tempore Paſchali.	39
Magnum hæreditatis.	Circunc. Domini.	18
Magi videntes ſtellam.	Epiphaniæ Domini.	19
Memento ſalutis.	Concep. B. Mariæ.	46
Miſit rex.	Decoll. S. Ioann. Bapt.	4
Mulier quæ erat.	Mariæ Magd.	28

[column 2]

Natiuitas tua.	Natiuit. B. Mariæ.	5
Nicolaus uerus.	Sanĉti Nicolai.	6
Non uos relinquam.	In feſto Pentecoſt.	34
O beatum pōtificem.	S. Martini epiſcopi.	9
O Crux benediĉta.	Exalt. S. Crucis.	38
O doĉtor optime.	Pro doĉtoribus.	11
O quam glorioſum.	Omnium ſanĉtorum.	8
O quam metuendus.	Dedicatio Baſil. ſal.	8
O quam ſuauis.	In feſto corp. Chriſti.	39
O rex gloriæ domine.	Aſcenſionis domini.	34
O ſacrum conuiuium.	In feſto corp. Chriſti.	38
Pacem relinquo vobis.	Fer. tertiæ Pentecoſtes.	36
Pater manifeſtaui.	Aſcenſionis Domini.	33
Petrus apoſtolus.	Suffragia ſanĉtorum.	48
Princeps glorioſiſs.	Dedic. S. Michaelis.	6
Propter nimiam.	Circunciſionis Domini.	18
Puer qui natus eſt.	Nati. S. Io. Bapt.	27
Quia vidiſti me.	S. Thomæ apoſtoli.	12
Qui ſunt hi ſer.	Fer. ſecundæ tempore Paſch.	32
Qui vult venire.	Vnius marty.	42
Sanĉtæ Paule.	Conuer. s. Pauli.	22
Sanĉti & iuſti.	Tempore paſchali.	40
Sacerdos & pontifi.	Confeſſorum pontificum.	44
Supelierunt Steph.	S. Stephani.	15
Si quis diligit me.	Feriæ ſecundæ Pentecoſt.	36
Similabo eum.	Confeſſ. non pontificum.	45
Si manſeritis in me.	Apoſtolorum Philippi & Iacobi.	24
Solue iubente Deo.	S. Petri ad vincula	29
Stephanus autem.	S. Stephani.	14
Stans beata Agatha	S. Agathæ.	23
Tanto pondere.	S. Luciæ.	12
Tribus miraculis.	Epiphan. Domini.	20
Tradent enim uos.	In natali apoſtolorum.	40
Tu es paſtor ouium	Cathedræ. s. Petri.	20
Veni ſponſa Chriſti.	S. virginum.	46
Virgo glorioſa.	S. Cæciliæ.	10
Videte manus meas.	Fer. tertiæ Reſurreĉt. Domini.	32

Contents:

Benediĉta ſit ſanĉta trinitas atque in diuiſa vnitas Confitebimur ei quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Ad inuocationem ſpiritus ſanĉti [Introit at Mass]
Hodie beatiſſimus Quiriacus cum triumpho glorioſus peruenit ad regem ſuam Chriſtum atq; inter corruſcos martirum choros angelicis manibus extat coro natus, Oremus ipſum vt intercedat ad Dominum pro nobis ad Dominum. S. Ciriaci
Beatus Laurentius orabit dicens Domine Ieſu Chriŝte Deus de Deo miſerere mihi ſeruo tuo. S. Laurentii
Hodie Maria virgo cælos aſcendit gaudete, quia cum Chriŝto regnat in æternum. Aſſump. B. Mariae [second Vespers]
Auguŝtine lux doĉtorum firmamentum eccleſiæ hæreticorum, malleus, ſummum vas ſcientiæ pro tuis fidelibus, roga Deum quæſumus. S. Auguſtini
Miſit rex incredulos miniŝtros deteŝtabiles & amputari iuſſit caput Ioannis bapitiŝtæ. Decoll. S. Ioann. Bapt. [second Vespers]
Natiuitatis tua Dei genitrix virgo gaudium annunciauit, in vniuerſo mundo ex te enim ortus eſt sol iuŝtitiæ Chriſtus Deus noſter qui ſoluens dedit & confundens mortem donauit nobis vitam ſempiternam. Natiuit. B. Mariæ [second Vespers]
Nicolaus verus Chriſti pauper virgo a Deo eleĉtus obedientiam iugiter ſeruans eremitarum ordinem ſignis & virtutibus decorauit. Sanĉti Nicolai
Princeps glorioſiſſime Michæl Archangele noŝtri eŝto memor hic & vbique ſemper præcare & nobis filium Dei alleluia. Dedic. S. Michaelis
Angeli Archangeli, Troni, et Dominationes Principatus & poteŝates virtutes cœlorum Cherubin atque Seraphin patriarchæ & prophetæ ſanĉte legis doĉtores, apoŝtoli omnes Chriſti martyres, ſanĉti confeſſores, virgines Domini, Anachoritæ ſanĉti intercedite pro nobis. Omnium ſanĉtorum [first Vespers]
O quam glorioſum eŝt regnum in quo cum Chriŝto gaudent omnes ſanĉti amiĉti ŝtolis albis, ſequuntur agnum quocunque ierit. Omnium ſanĉtorum [second Vespers]
O quam metuendus eŝt locus iŝte vere non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli. Dedicatio Baſil. ſal.
O beatum pontificem qui totis viſceribus diligebat Chriſtum regem & non formidabat imperij principatum O Martine dulcedo medicamentum & medice O ſanĉtiſſima anima quam & ſi gladius perſecutoris non abŝtulit, palmam tamen martirij non amiſit. S. Martini epiſcopi [second Vespers]
Virgo glorioſa ſemper euangelium Chriŝti gerebat in peĉtore ſuo & non diebus neque noĉtibus a colloquiis diuinis ceſſabat, & oratio neceſſabat. S. Caeciliæ [second Vespers]
Cum perueniſſet beatus Andreas ad locum vbi crux parata erat exlamauit & dixit. O bona crux diu deſiderata concupiſcenti animo præparata ſecurus & gaudens, venio ad te in exultans ſuſcipias diſcipulum eius qui pependit in te. S. Andreæ [second Vespers]
O Doĉtor optime eccleſiæ ſanĉtæ eccleſiæ ſanĉtæ lumen beate diuina legis amator depræcare pro nobis filium Dei. Pro doĉtoribus
Tanto pondere eam fixit ſpiritus ſanĉtus vt virgo Chriŝti immobilis permaneret. S. Luciæ [second Vespers]
Quia vidiŝti me Thoma credidiŝti beati qui non viderunt & crediderunt alleluia. S. Thomæ apoſtoli [first and second Vespers]
Cum ortus fuerit ſol de cælo videbitis regem procedentem a patre tanquam ſponſum de thalamo ſuo. Natiuitatis Domini [first Vespers]

Hodie Chriŝtus natus eſt hodie ſaluator apparuit in terra canunt angeli lætantur arcangeli hodie exultant iuŝti dicentes gloria in excelſis Deo alleluia. Natiuita. Domini [second Vespers]

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat ſigna magna, in populo. S. Stephani [first Vespers]

Sepelierunt Stephanum viri timorati & fecerunt planĉtum magnum ſuper eum. S. Stephani [second Vespers]

Iŝte eŝt Ioannes qui ſupra peĉtus Domini in cœna recubuit beatus Apoſtolus cui reuelata ſunt ſecreta cæleŝtia. S. Ioannis apoſtoli [antiphon at Benediĉtus for Lauds]

Exijt ſermo inter fratres & diſcipulus ille & non dixit Ieſus non moritur ſed ſic eum volo manere donec veniam. S. Ioannis apoſtoli [second Vespers]

Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati virgines enim ſum & ſequuntur agnum quocunque ierit. S. Innocentum [antiphon at Benediĉtus for Lauds]

Innocentes pro Chriŝto infantes occiſi ſunt ab iniquo rege laĉtantes interfeĉti ſunt ipſum ſequuntur agnum ſine macula & dicunt ſemper gloria tibi Domine. S. Innocentum [second Vespers]

Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos Deus filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati alleluia. Circunciſionis Domini [first Vespers]

Magnum hereditatis miŝterium templum Dei, faĉtus eſt vterus neſciens virum non eŝt pollutus ex carnem aſſumens omnes gentes venient dicentes gloria tibi Domine. Circunc. Domini [second Vespers]

Magi videntes ſtellam dixerunt adinuicem Hoc ſignum magni regis eŝt eamus & inquiramus et offeramus munera ei aurum tus & mirram alleluia. Epiphaniæ Domini [first Vespers]

Tribus miraculis ornatum diem ſanĉtum colimus Hodie ŝtella magos duxit ad præſepium

Hodie vinum ex aqua faĉtum eſt, ad nuptias Hodie in Iordane a Ioanne Chriŝtus baptizari voluit vt ſaluaret nos alleluia. Epiphan. Domini [second Vespers]

Tu es paŝtor ouium princeps apoŝtolorum tibi traditæ ſunt claues regni cœlorum. Cathedræ S. Petri

Dum eſſet ſummus pontifex terrena, non metuit ſed ad cœleŝtia regna glorioſus migrauit. Pro ſolis ſum. Pontific. [second Vespers]

Sanĉtæ Paule Apoſtole praedicator veritatis & doĉtor gentium intercede pro nobis ad Deum qui te elegit. Conuer. s. Pauli [second Vespers]

Hodie beata virgo Maria puerum Ieſum præſentauit in templo & Simeon repletus ſpiritu Sanĉto accepit eum in vlnas ſuas & benedixit eum in æternum. Purif. B. Mariæ [second Vespers]

Stans beata Agatha in medio carceris expanſis manibus orabat ad Dominum Ieſu Chriſte magiſter bone gratias tibi ago qui me feciſti vincere tormenta carnificum iube ad tuam immarcessibilem gloriam feliciter peruenire. S. Agathæ [first and second Vespers]

Gabriel angelus locutus eŝt Mariæ dicens Aue gratia plena Dominus tecum benediĉta tu inter mulieres & benediĉtus fruĉtus ventris tui. Annunciationis B. Mariæ [second Vespers]

Si manſeritis in me & verba mea in vobis manſerint in quodcunque petieritis fiet vobis alleluia. Apoſtolorum Philippi & Iacobi [second Vespers]

Crucem ſanĉtam ſubiit qui infernum confregit accinĉtus eŝt potentia ſurrexit die tertia alleluia. Inuent. S. Crucis [second Vespers]

Cum beata Monica ſacramenta reciperet gaudio repleta omnes ad lætitiam inuitabat cor meum & caro mea exulta uerunt in Deum viuum. S. Monicæ

In ſeruentis olei dolium miſſus beatus Ioannes apoŝtolus diuina ſe protegente gratia illæſus exiuit, alleluia. S. Io. ante portam latinam [first and second Vespers]
Puer qui natus eŝt nobis pluſquam prophæta eŝt, Hic eŝt enim de quo ſaluator ait inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne baptiŝta. Nati. S. Io. Bapt
Hodie Simon Petrus aſcendit crucis patibulum alleluia Hodie clauicularius regni gaudens migrauit ad Chriŝtum Hodie Paulus apoŝtolus lumen orbis terræ inclinato capite pro Chriŝti nomine coronatus eŝt alleluia. Apoſtolorum Petri & Pauli [second Vespers]
Mulier quæ erat in civitate peccatrix attulit alabaŝtrum vnguenti & ſtans retro ſecus pedes Domini lacrimis cæpit rigare pedes eius & capillis capitis ſui tergebat. Mariæ Magd. [second Vespers]
Solue iubente Deo terrarum Petre cathenas qui facit vt pateant cœleŝtia regna beatis. S. Petri ad vincula [second Vespers]
Deſcendit ſpiritus ſanĉtus, corporali ſpetie ſicut columba in idipſum & vox de cælo faĉta eŝt Hic eŝt filius meus dileĉtus alleluia. In feſto ſpiritus ſanĉti
Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem erat quippe magnus valde alleluia. Dominicæ Reſurreĉtionis
Hæc dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea. Tempore Paſchali [Lauds Antiphon]
Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes & eŝtis triŝtes alleluia. Fer. ſecundæ tempore Paſch.
Videte manus meas et pedes meos & pedes meos quia ego ipſe ſum alleluia. Fer. tertiæ Reſurreĉt. Domini
Pater manifeŝtaui nomen tuum hominibus quos dediŝti mihi nunc autem pro eis rogo non pro mundo quia ad te venio alleluia. Aſcenſionis Domini [first Vespers]
O Rex gloriæ Domine virtutum qui triumphator hodie ſuper omnes cælos aſcendiŝti ne de relinquas nos orphanos ſed mitte promißum patris in nos ſpiritum veritatis alleluia. Aſcenſionis Domini [second Vespers]
Non vos relinquam orphanos alleluia & venio ad vos alleluia & gaudbit cor veŝtrum alleluia. In feſto Pentecoſt. [first Vespers]
Hodie completi ſunt dies Pentecoſtes alleluia Hodie ſpiritus ſanĉtus in igne diſcipulis apparuit & tribuit eis chariſmatum dona miſit eos in vniuerſum mundum prædicare & teŝtificari qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalus erit alleluia. In feſto Pentecoſtes
Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit & Pater meus diliget eum & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus alleluia. Feriæ ſecundæ Pentecoſt.
Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis alleluia. Fer. tertiæ Pentecoſtes
O quam ſuauis eŝt Domine ſpiritus tuus qui vt dulcedinem tuam in filios demonŝtrares pane ſuauiſſimo de cælo præŝtito, eſurientes replens bonis, faŝtidioſos diuites dimittens inanes. In feſto corp. Chriſti [first Vespers]
O ſacrum conuiuium in quo Chriſtus ſumitur recolitur memoria paſſionis eius mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur. In feſto corp. Chriſti [second Vespers]
O crux benediĉta quæ ſola fuiŝti digna portare regem cœlorum & dominum alleluia. Exalt. S. Crucis [second Vespers]
Lux perpetua lucebit ſanĉtis tuis Domine & æternitas temporum alleluia. Tempore Paſchali [first Vespers]
Sanĉti et iuſti in Domino gaudete alleluia elegit Deus vos in hereditatem ſibi alleluia. Tempore paſchali [second Vespers]

Tradent enim vos in conciliis & in ſinagogis ſuis flagellabunt vos & ante reges & præſides ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus. In natali apoſtolorum [first Vespers]
Eſtote fortes in bello et pugnate cum antiquo ſerpente & accipietis renum æternum alleluia. In Natali apoſtolorum [second Vespers]
Iſte ſanĉtus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem & a verbis impiorum non timuit fundatus enim erat ſupra firmam petram. Vnius martyris [first Vespers]
Qui vult venire poŝt me abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Vnius marty. [second Vespers]
Iſtorum eſt enim regnum cælorum qui contempſerunt vitam mundi & peruenerunt ad præmia regni & lauerunt ŝtolas ſuas in ſanguine agni. Plurimorum marty.
Gaudent in cælis animæ ſanĉtorum qui Chriŝti veſtigia ſunt ſecuti & qui pro eius amore ſanguinem ſuam fuderunt ideo cum Chriſto, exultant ſine fine. Plurimorum marty
Sacerdos et pontifex et virtutum opifex & virtutum paŝtor bone in populo ora pro nobis Dominum. Confeſſorum pontificum [first Vespers]
Amauit eum Dominus et ornauit eum ŝtolam gloriæ inducit eum & ad portas paradiſi coronauit eum. Confeſs. pont. [second Vespers]
Similabo eum viro ſapienti qui edificauit domum ſuam ſupra petram. Confeſs. non pontificum [first Vespers]
Hic vir deſpiciens mundum & terrena triumphans diuitias cœlo condidit ore manu. Confeſs. non pontif. [second Vespers]
Veni ſponſa Chriŝti accipe coronam quam tibi Dominus præparauit in æternum. S. virginum [first and second Vespers]
Memento ſalutis auĉtor quod noŝtri quondam corporis es illi beata virgine naſendo formam ſumpſeris Maria mater gratiæ Mater miſericordiæ Tu nos ab hoŝte protégé, & hora mortis ſuſcipe. Concep. B. Mariae
Petrus Apoŝtolus et Paulus doĉtor gentium ipſe nos docuerunt legem tuam Domine. Suffragia ſanĉtorum
Da pacem Domine in diebus noŝtris quia non eŝt alius qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noŝter Suffragia ſanĉtorum

Part-books:

CANTVS	A-F^4, G^2	52pp.	Dedication.	Index.
TENOR	A-F^4, G^2	52pp.	Dedication.	Index.
ALTVS	A-F^4, G^2	52pp.	Dedication.	Index.
BASSVS	A-F^4, G^2	52pp.	Dedication.	Index.
QVINTVS	A-F^4, G^2	52pp.	Dedication.	Index.

Remarks:

Oblong quarto format. Index lists antiphons in alphabetical order. Copy consulted: **GB**-Lbl. RISM S3550.